

Ms

dominica

in octava

pasche tit

14 **Ms**

Nh
1236



EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Da 7.

T.
II.
III.
IV.
V.
VI.
VII.
VIII.
IX.
X.
XI.
XII.
XIII.
XIV.
XV.
XVI.
XVII.
XVIII.
XIX.
XX.



^{XLIV.}
Honori & celebritati

Nuptiarum

ORNATISSIMI, REI-
QVE MILITARIS SCIENTIA PRÆ-
DITI IUVENIS, IACOBI FIN-
GERI SPONSI:

Iungentis sibi matrimonio

LECTISSIMAM PVDICISSI-
mamq; virginem AMALIAM SABI-
NAM, Consultiss. Doctissimiq; viri Dn. Ot-
tonis Buchbachij Consiliarij quondam
Mansfeldici relictam filiam
Sponsam.

Celebratarum A. D. XXIX. mens. Octobr.
Iuliani.

Carmina faustæ appreciationis ergò nuncupata ab ijs, quorum
suum cuiusque versibus nomen est subscriptum.



S E R V E S T Æ
Excudebat Iohannes Schleer; Anno 1605.

124

Honor & celebrati

ORNA TISSIMI REI

LECTISSIMAM PVDICIAM

MAIILLIAM ZAR

MAIILLIAM ZAR

MAIILLIAM ZAR

MAIILLIAM ZAR

MAIILLIAM ZAR

MAIILLIAM ZAR

MAIILLIAM ZAR

MAIILLIAM ZAR

MAIILLIAM ZAR

MAIILLIAM ZAR

MAIILLIAM ZAR

MAIILLIAM ZAR

MAIILLIAM ZAR

MAIILLIAM ZAR

MAIILLIAM ZAR

MAIILLIAM ZAR

MAIILLIAM ZAR

MAIILLIAM ZAR

MAIILLIAM ZAR



AKPOCTIXIS.



Am summis votis AMALIA virgo SABINA

Exoptata tibi, nupta, IACOBE, datur.

Alma sit ergo dies sacra, quâ sacrâ itis in ædē
Divinamque piē sollicitatis opem.

Cuncti vota, preces, suspiria iungimus unâ,
Ut bene cedat opas, quod bene cœpit opus.

O pramisque etiam, superi moderator Olympi
Det, quæ sunt mentis propria, ventris item.

Bellè qui junxit socialis fœdere lecti
Vos ambos, vestram dirigat ille viam.

Vsq̄ue ad eò facile est impingere! nonne videmus,
Davidem illicitum sollicitasse torum?

Scilicet haud quicquam est unquam mortalibus ullis
Tutum, animis technas hoste struente piis.

Flagrans ipse odio patris omnipotentis, & irâ
Polluit in Christum pectora casta fide.

Inde luunt meritas Sodomitica crimina pœnas
Inde ruit Thebe, cultaque Troia ruit.

Nil autem iuris trux obtinet hostis in illos,
Qui casto thalami pectore jura colunt.

Gaude exinde tuâ jam ductâ, Sponse, SABINA,
Quæ pietatis amans atque pudicitæ est.

Exercetque fidem, quâ se velut ægide munit,
Quaque ignita procul Dœmonis arma fugat.

Rêctè habet: una tibi est AMALIA, Sponse, SABINA,
Cui tu sis salvus, sicut & illa tibi est.

Paulus Rholeder, Collega Scholæ
Servestanz.

A 2

ALIA.

ALIA.

Am si bella juvant IACOBE, duce incipe Amore
Vtilia illa magis bella, cruenta minus.
At minimè, quali est bello repetita Pelasgo
Regi Helena, aut Rutulo virgo Latina duci
Crudelisque procul Lapithèia pugna facessat,
Eurytus Hippodamen cum sibi junxit amans.
Obscœnumque absit certamen, quale Sabinis
Pro innuptis iniit Roma, (SABINA tua est)
Bella sed illa move tutis certamina castris
Quæ dux ambabus partibus æquat Amor.
Victori in bello hoc tibi, AMALIA, Sponse, SABINA
Præmium, honesta datur virgo, venusta datur.
Sed valeat Mavors: moveat sua signa Cupido:
Tibia suavè sonet, classica cantet Hymen.

FINGERE huc ævo viridi cum virgine nupta,
Impiger optati miles Amoris ades.
Iam tibi opus minimè est alieno milite, miles
Prælia solus ini, sisque eques atque pedes.
Non erit ore truci miles vultuque minaci,
Non clypeata manus, nec cataphraetus eques.
Gaudia sed cives promunt, nuptæque frequentes
Æqua mente favent, & bona verba sonant:
Eja age! Serveftam fausto omine, AMALIA, & ædes
FINGERI felix ingrediare tui.
Rectè: vincla tori benè ccepta secundet, & uno
Conjungat thalamo vos DEVS, ipse precor.

*Christophorus Febrinus
Dessaënsis.*

A D

AD IACOBVM FINGE-
RVM SPONSVM

γαμήλιον.

DE Veneris Martisq; vago quod amore
Poeta (puto.
Ferre solent, verum non adeousque
Illud ab exemplo, quē Mars sibi voverat omnē,
Est proclive mihi, Sponse, probare tuo.
Qualis enim verò, quorum disiungit aperto
Prada animos signo, jungere posset amor?
Nam cum, Sponse, prius sequeris castra superbi
Martis, ei addictus sanguinem opesq; simul:
Nunc incentiva spoliū dare matris opimum,
Lata triumphato Marte quod illa tulit.
Cum prius impavidum te admiraretur in armis
Trux Iber, & Christi Turca inimicus atrox:
Nec timidum contraq; locum, contrariaq; arma
Ire, & in adversos Marte tonare viros.
Cum seges armorum te ferrea cingeret, & cum
Exciperes peltis hostica tela cavis,
Ac haberet ubi pede pes, densusq; vito vir,
Cominus & stricto rem ense daretur agi:
Te bellona ferox, gelidus cui terror eunti
It comes, acceptum cœpit habere sibi:

Nunc

Nunc cum castra subis Cytherea, fratre relicto
Illius, hac odio carpere utrosq; gravi,
Ast nihil est, animam cur his turbere, manebit
Debita virtutem laus tamen illa tuam,
Grandia quàm tenues nos conatemur, adirem
Si tua disparibus condere gesta modis,
Hec pangent, rerum & belli queis largior usus,
Aequior & genij carmine vena fluit,
Sed, nisi me augurium fallat (licet omina ferre)
Iam puto contribui pramia digna tibi.
Qua duo sunt posita in Iovis alto limine, plena
Dolia donorum, qualia ferre solet. (gaudet,
Hoc mala, at illud habet bona, sed qui fulmine
Huic quandoq; bonum, datq; subinde malum,
Iuppiter hac, Fingere, etiam tibi movit, ut apta
Virtuti referas munera sorte tua.
Sic tibi virgo cadit reserato vase bonorum,
Hac bona, casta cadet, credo & honesta cadet.
Certè est virginea non ultima gloria turba,
Quam sibi collegit casta Cytheris Hala.
Stat pietas in ea, veluti saphirus in auro,
Aere ut in puro, sole micante, jubar.
Illi coguntur Babylonica cedere texta,
Quicquid & Assyria femina pingit acu.

Quod

Quod felix ergo faustumq; sit, alite dextro
Hoc tibi connubium cedere, Sponse, velit.
Et bona cuncta fero, quicquid cupis ergo, precare,
Ex voto eveniant omnia fausta meo.

Exaratum à Martino Vierthaler
Cotheno.

A L I V D.

Phosphore redde diem! quid gaudia nostra
moraris?

Sponsa ventura: Phosphore redde diē!
Sponsa novo Sponso, qua desponsata IACOBO
Fingero, quem Mars quem Venus ipsa beat.
Musa noster amor! Musa dulcissima nostra
Gaudia, divitiæ, delitiæq; simul!

Surgite! presentem lucem jam carpite, vobis
Quam tulit atheri Phœbus ab axe Poli.

Surgite! non tanto cessandum cardine laudum
Est vobis: Deus hoc postulat hicq; Dies.

Surgite! nam vestrum est, fortissima pectora ve-
Laudibus atq; novum condecorare torū. (stris
Sponsus quippe novus, Sponsus bello inclutus ille
Vivida cui bello dextra, animusq; ferox:
At teneris annis tractavit fortibus ausis
Militiamq; gravem grandeq; Martis opus.

Vix

Vix etenim tenera pingebant tempora lana
Mauritij aggreditur splendida castra Ducis.
Trux Hispanus ubi Pietati intentat & Arti
Flammam & gladium, cunctaq; vastat Aper.
Hic sese ostendit quid dextra posset & armis,
Multusq; Hispanus traditur ense Neci.
Ast interruptum duro cum frigore dirum
Penderet bellum, Marsq; sileret atrox:
Noticia rerum multarum instructus ad almos
Se retulit patria, non sine laude, lares.
Vix patriam ingressus, variis rumoribus aures
Implet fama volans: Fama nec absq; fide.
Scilicet (heu!) Turcam fines tentare propinquos;
Depopulari agros, atq; opus omne bouum.
Mœnia Christi adum sceleratè evertere; ferro
Corpora praestantum sternere multa virum.
Parcere non matri; innocuis non parcere natis,
Cum puerisq; simul morte necare patres.
Inde viri virtus animo, patriaq; salutis
Rursum exardescit cura laborq; pius
Hospita tecta statim, patriamq; relinquere, opēq;
Afflicto populo ferre repentè iubet. (linquēs
Nec mora: nam patriam ipse domum camposq; re-
Nobilis Hungaria regna superba petit:

Se

Se socium iungit sociis, fidumq; cohorti
Se bellatorem dextra animoq; probat
Adversus Turcam, nostro qui sanguini & aris
Atq; focus inhians plurima regna rapit.
Plurima regna rapit, capit arces, oppida vastat
Vastat agros, urbes, mœnia, rura, solum.
Hunc ita munitus contra castrensibus armis
EINgerus & multos vir necat ense viros.
Ac simul arma armis & vires viribus usq;
Opponit, telis asperatela virum.
Hinc palmam obtinuit victricia signaq; virtus
Clarior unde viri conspicienda fuit.
Hinc & ei Ductor belli dat premia certa
Pramia virtutem namq; manere solent.
Verum pertasus belli Martisq; cruenti
ASCANIAM rursus visere fert animus.
Visere fert animus fratres carosq; parentes
Atq; sibi junctos fœdere amicitia,
Hinc iter instituit, cœptumq; absolvit, & urbem
Intrans adventu recreat ipse suos.
Iamq; putabatur nulla amplius esse futura
Bella illi, à bello quippe solutus erat.
Sed qui cuncta suo disponit numine, summus
IOV A reservavit bella cruenta minus

B

FIN.



FINGERO, sociam dum firmo fœderis illi
Adducit nexu, fœdus & ipse beat. (to
Res probat acta probant nihil hic stare ordine cer-
Quod firmum est hodie, cras nihil esse vides.
Antè erat invictus, nulla nocuere sagitta
Tela nihil vel Iber vel nocuere Scythæ.
Iam digitum tollit; iam victum se esse fatetur,
Vincitur & telis nunc Erycina tuis.
Quem prius haud quicquã nisi Martia bella ju-
Addictum Marti Martis & imperio: (uabãt,
Iam sibi pro bellis bellam elegisse puellam
Cernimus, addictum virginis imperio:
Nulla salus bello: te Amaliam posco Sabinam,
Tu mihi bello omni carior, inquit, eris
Quem tunc subridens dictis affatur amicis:
Credo tuis verbis, propositumq; probo:
Me tibi do totam, soli tibi seruo tota
Tu mihi principium & finis amoris eris.
Fingere semper ama, moneo quod Sponsa, geratq;
Bella alii, sed tu FINGERE semper ama.
Crede mihi bellum hoc est multò tutius illo,
Cuius conflictus nil nisi damna parit
Conjugii bellum verò est perdulce duellum,
Cuius conflictus nil nisi læta parit

Nam

Nam Morti & Marti hic plures traduntur, ac
Vita est: humanū crescit & inde genus. (illic
Crescite nunc igitur, vestrumq; favente Iehova
Multiplycate torum, multiplycate genus.
Proveniant vestro è bello, qui more parentis
Militiam tractent & grave MARTIS opus
Proveniant vestro è bello, qui praside Phæbo
Exemplo soceri tractet & ARTIS opus.
Hac precor omnipotens precibus det plura precātis
Innumeraq; beet prosperitate torum.


Christophorus Lelmius B.

E I V S D E M

Distichon ζεσολογικόν

Nona sūt OCTobris tibi LVX VICesIMA feLIX
QVā Flingere paras VInCVLa Casta tori.

A L I V D.

 Eu quondam Cypria deceptum in amo-
re puella (eta:
Cernere Mavortem fuit, attestante po-
Cernere sic hodiè est est decepti Martis alumnos,
Quos Venus, & cūctas spargēs sua spicula in oras
Spicula qua mentes hominum, & praeordia figūt

B 2

Sub

Sub sua jura vocat nulli effugienda Cupido:
Fingerus exēplo est, quē nuper Martis in armis
Conspicuum, & Patria pro libertate, fideq;
Militiam & grave Martis opus cū laude se-
rentem,

Nunc bella totum videas in amore puella,
Scilicet hunc Cypris comitata Cupidine parvo
Persuasit, patrias ut se conferret in oras,
Susciperetq; aliud bella cum virgine bellum.
Talia verba ferens: (si rectē audita recordor)
Sat Marti bellisq; datum, sunt & mihi bella,
Bella magis, tristi sine cade & sanguine bella:
His igitur si te socium vis iungere bellis,
Ne mora nec requies, Patrias te confer in oras,
Hinc Halam ingredi, ingresso monstrabo puellā
Sat bellam, & positis opulentam in fœnore nūmis
Omnia Iunoni similem, faciemq; coloremq;
Et flavos crineis, & membra decora iuventa:
Hæc tibi legitimo jungenda est fœdere lecti.
Figitur interea stridente Cupidinis ictu,
Cor calet, estq; animo Fingerus totus in HALA
Halam luce sonans, & totis noctibus HALAM,
Iam certum est Martis penitus valedicere Bello,
Suscipere & bella bellum cum virgine Bellum.
Sed

Sed quid adhuc *Mavors*? *Erycina*, hunc (inquit)
habebis

Eximium juvenem, quem tu nisi *Divā* petisses
Nunquam evasisset. Nam fortibus acrior armis
Hoc tanto nullus, quod cernis in agmine vivit;
Dicere plura libet: sed mens gravioribus instat,
Ite bonis avibus: sint bella secunda: valet.
Sic redit in patriam, ex patria proficiscitur *Hala*,
Hala monstrata potitur, fruiturq; puella,
Dum loquor: en equitū ingēti comitata caterva
Sponsa venit, resonante tuba, lituisq; lyrisq;
Tympana pulsa sonant, longoq; foramine buxus,
*Tota*q; repletur lato *Serve* statura tumultu.
Hinc tibi conjugii sacra *FINGERE* jura parantur,
Et tua nunc praesto est virgo, tua *Sponsa* decusq;
Hoc ergo quod iam, *Christo* duce & auspice *Christo*
Coniugium ingrederis, sit foecundum atq; secundū
*Incundum*q; simul, procul hinc discedite lites,
At tu conjugii sanctissime fautor & autor
Christe veni, iunctasq; manus, & foedera firma.

Iohannes Sturmius Cothen.

A L I V D.

L Vce hac *FINGERVS* celebrabit gaudia sacra,
Quem iactitat, *Pannonia*:

B 3

Quo d



Quod non ipso alius teneat belli aptius artes,
Vinci & quod armis nescius,
Pro patria dulci quoniam pugnavit in hostes,
Decus quod est quidem optimum,
Me decet, & fas est in tantum ipsius honorem
Iam verba cogere in pedes.
Vena quidem vilis superest, sed prompta voluntas,
Numen favens cui invoco.
Quis verò thalami, focii quis foedera lecti
Instituit auctor primitus?
En! Deus omnipotens, rutili possessor olympi,
Cum fabricasset omnia
Ex limo terræ primævum finxit Adamum
Suam ad sacratam imaginem,
Tunc ad eum duxitque animalia cuncta creata,
Ut visu obiret singula,
Nomen ijsque daret: Mortalis lumina primus
Huic iacet atq; illuc sua,
Attribuitque suis formis sua nomina tristi
Mente, atq; tristi pectore:
Quod videat vitæ semet consorte carere
Suavissimo levamine.
Hocce videns summus Dominus, qui cuncta creavit
Solutus, solum, salum, polum,
Talia verba refert: Hominem sic vivere solum
Non convenit sine coniuge.
Haud mora continuo lateri stertentis Adami
Costam eximit lenissimè,
Evulsa ex costa bellam formatq; puellam,
Illamque ducit ad virum.
Ergo age, Sponse, tori quoniam fortissime, summus
Iehova primus Auctor est,

Pone



Pone modò cordis curam mentisque dolorem,
Moeroris haecenus satis;
Ne vero rapiat pectus malefana voluptas,
Gaude sed in summo Deo,
(Atque precare illum votis ardentibus, ipse
Ut veniat ad nova gaudia.
Coniugibus Deus ipse favet, venitque vocatus
Cum matre Filius Dei,
Ornavitque novis tædæ nova gaudia donis,
In vinum aquam cum verteret.
Discite vos legem moniti, & confidite Christo
Illumque nosse discite;
Nam cupit agnosci Christus, precibusque vocari,
Ac nosse lovam virtus est,
Pura Deus mens est, atque omnis criminis expers.
Ergo severè præcepit,
Ut degant castam sanctè, sine crimine, vitam
Noctes diesque conjuges:
Punit & impuræ Veneris, qui castra sequuntur,
Exempla non ignota sunt.
Cur genus humanum, mortali semine natum,
Perijt sub unda noxia:
Cur ignis Sodomam consumpsit? tacta Gomorrha
Cur cecidit atro fulmine?
Non ob adulterii foedi turpissima facta,
Et perditam libidinem?
Pergite iam Musæ, fas est ut vota feramus,
Nam summus illa amat Deus:
Vobis contingant tranquillæ tempora pacis,
Liget voluntas una vos,
Sit vester Rector divini Flatus amoris
Sacratuſ annis omnibus.


Vos

Vos iuvenes stipent stellata in veste, perennis
Felicitas vos sospitet:
Ite procul turpes rixæ, lites procul ite,
Ite procul angores graves,
I procul hinc odiosa Deo Discordia summo,
Quicquid nocet, id eat procul.
Sponsisque assistas Concordia filia pacis,
Regasque eorum pectora.
Ecce! vocant dulces ad munera grata choreæ
Iuvenes puellasque teneras,
Ergo Sponse vale, tenuis mea Musa recedit,
Et nox venit dulcissima.

Benevolentia ergo scripsit

Ioannes Coppenius
Servestanus.







W 1235

80

f



ULB Halle 3
 002 819 279


an 31 nur verknüpft JA → OL
 f1-5 40 Stück
 f23

VD 17 Me




Vom New Leytze

Vom New Leytze

Vom New Leytze

de.



^{XLIV.}
Honori & celebritati

Nuptiarum

ORNATISSIMI, RELI-
QVE MILITARIS SCIENTIA PRÆ-
DITI IUVENIS, IACOBI FIN-
GERI SPONSI:

Iungentis sibi matrimonio

LECTISSIMAM PVDICISSI-
mamq; virginem AMALIAM SABI-
NAM, Consultis. Doctissimiq; viri Dn. Ot-
tonis Buchbachij Consiliarij quondam
Mansfeldici relictam filiam
Sponsam.

Celebratarum A. D. XXIX. mens. Octobr.
Iuliani.

Carmina faustæ appreciationis ergo nuncupata ab ijs, quorum
suum cuiusque versibus nomen est subscriptum.



S E R V E S T Æ
Excudebat Iohannes Schleer, Anno 1605.